Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



discumbentium. Intrauit aut rex ut uideret discu
bentes: et uidit ibi hominem non uestitum ueste
nuptiali et ait illi Amice: quomodo huc intrasti. non
habens uestem nuptialem: At ille [illegible] obmutuit.
Tunc dixit rex ministris Ligatis pedibus et mani
bus: mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus
et stridor dentium. Multi enim sunt uocati. pau

Ars Dom. xxi. ad [illegible] ci uero electi ephesios
Confortamini in domino et in potentia
uirtutis eius. Induite uos armatura dei. ut possitis
stare aduersus insidias dyaboli quoniam non est nobis col
luctacio aduersus carnem et sanguinem sed aduersus prin
cipes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum
harum contra spiritalium nequicie in celestibus. Propterea acci
pite armaturam dei ut possitis resistere in die
malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti
lumbos uestros in ueritate. induti lorica iusticie et cal
ciati pedes in preparatione euangelii pacis. in omnibus
sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela
nequissimi ignea extinguere. Et galeam salu
tis assumite et gladium spiritus. quod est uerbum dei.

Nullo tempore Erat quidam S. Johannis
regulus: cuius filius infirmabatur capharnaum.
Hic cum audisset quia ihesus ueniret a iudea in gali